



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 59. In Manichæos animadvertisit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Ipsò sedente præter dona a Græcis missa Sæculum VI.
Theodoricus Rex Ecclesiæ S. Petri duo A.C. 523.
Candelabra argentea librarum septuaginta obtulit. Memoria dignum, oblationem Principis Ariani fuisse receptam.
Dona, quæ ipse Hormisdas Papa Romæ aliquibus Ecclesiis obtulit, mille quingen-
tas septuaginta & unam libras argenti conficiunt. Pluribus Ordinationibus
Mense Dec. Presbyteros viginti & unum,
Episcopos quinquaginta quinque creavit.
Cum Manichæos deprehendisset, & con-
vicisset, cæsos proscribi jussit. Id ita
acciendum, quod Ministerio Potesta-
tis Sæcularis factum fuerit. Postquam Lib. Pontif.
S. Sedes vacasset dies septem, electus
est Papa 13. Aug. Joannes in Thuscia na-
tus Constantii Filius, qui S. Sedem duo-
bus annis & novem Mensibus tenuit.

Lib. Pont.

§. LIX.

In Manichæos animadvertisit.

Legem habemus Imperatoris Justini
contra Manichæos, in quos regnante L. 12. de
B b 4 Ana- Hær.

thedram obtinuerunt, accensendus singulari-
sollicitudine Regnum nostrum fovit, Nosque
nunquam non magno solatio Hujus S. Papæ
Charitatem, Sapientiam, & Moderationem, quæ
Virtutes verum zelum comitari solent, experti
sumus.

Sæculum VI. Anastasio non fuerat inquisitum; imo in-
A. C. 523. cusabatur, quod infandæ Sectæ faveret.
 Justinus vero jubet, ut ubique abigan-
 tur, & morte puniantur. Alios Hære-
 ticos, Paganos, Judæos ab omnis gene-
 ris muneribus, & Dignitatibus excludit,
 ut adimeret facultatem Christianos &
 præsertim Episcopos vexandi. Ab hac
 Lege eximuntur Gothi, Romanorum
 Fœderati; nimirum ne Theodoricus of-
 fenderetur. Hypacius quoque Patricius
 Secundini filius, qui illo anno 523. Justi-
 ni sexto Præfecturam Orientis obtinuit,
 Manichæos persecutus est, multosque
 debit is pœnis affecit.

*Cedr. tom. I.
p. 364.*

*Theoph. an.
6. p. 145.*

Verum longe atrociora eodem tempo-
 re Manichæi in Persia a Rege Cabade Perosi
 Filio passi sunt. Manichæi Cabadis fi-
 lium tertio genitum, qui *Ftasoursan* vo-
 cabatur, spe coronæ deceptum in suas
 Partes pertraxerant. Suggerebant juve-
 ni: *Parens tuus proœcta ætate est, si vi-*
ta functus fuerit, Magi unum ex Fratri-
bis tuis solo imponent, ut Sectæ suæ Au-
toritatem concilient; sed arcanis preci-
bus efficere possumus, ut Parens tuus Re-
gnum abdicet, & tibi tradat; sic Reli-
gio nostra in omnes Regni Partes inve-
betur. Promisit juvenis, quæ volebant,
 accepta conditione si facerent, ut re-
 gnaret.

gnaret. Cabades re comperta Comitia ~~Sæculum VI.~~
 convocat, solerti consilio vulgans, velle A. C. 523.
se Ftaſoursan Regem denunciare. Imperat, ut Manichæi cum Episcopo suo
Indazar uxoribus & liberis adessent.
 Magos quoque venire jubet cum Præpo-
 sito suo *Glonaze*, & Bazanem Christia-
 norum Episcopum, quem, quod in arte
 Medicinæ excelleret, charissimum habe-
 bat. Tum Manichæis proprius ad se ac-
 cedere jussis ait: *Amo Doctrinam Ve-*
stram, & volo ut filius meus FTASOURSAN, qui eam amplexus est, me
 vivo Rex fit. *Se jungimini a reliquo po-*
pulo, & Principem Vestrum recipite.
 Cum illi secessissent, ad nutum Regis
 irruens exercitus Manichæos cum suo
 Episcopo ad internectionem delevit Ma-
 gorum Principe, & Christianorum Epis-
 copo præsentibus. His Cabades missis
 per totum Imperium suum litteris Ma-
 nichæos omnes, quotquot capi possent,
 interfici, comburi, Res eorum Fisco suo
 tradi, & libros flammis consumi jussit.

Cabadem graviter offenderat Justinus *Chr. Pasch.*
 Imperator, quod ad Conversionem Re- p. 332. Lib.
gis Lazorum, quæ anno præcedente 522. II. p. 55.
Symmacho & Boëtio Consulibus conti-
git, operam contulisset. Lazi in antiqua
 Colchide habitantes, erant subjeclii Per-

Bb 5 sis,

Sæculum VI. sis, qui ipsis Reges dabant. Rege ipso.
A. C. 523. rum Zamnaxe defuncto filius ejus Zathes
 sine mora Constantinopolim profectus
 Imperatori Justino obedientiam promi-
 sit, rogans, ut ipsum Regem Lazorum
 constitueret. Causas præterea defectio-
 nis afferebat; quod Christianus esse vel-
 let, nec coronam accipere sustineret a
 Persarum Rege, qui se ad sacrificandum
 Diis, & ceteras Ethnicæ superstitionis
 Cæremonias obeundas coactus esset.
 Justinus Imperator inter maximæ læ-
 tiæ signa receptum baptizari curat, in
 filium adoptat, eique Puellam nobili stir-
 pe ortam conciliat uxorem. Regem La-
 zorum pronunciavit, deditque coronam
 ritu Romano & vestem candidam, in
 qua Imago Imperatoris arte Phrygonia
 depicta erat, & muneribus cumulatum
 dimisit. Igitur Rex Persarum quereba-
 tur, quod Justinus, dum Regem Lazorum
 coronasset, Pacem initam, & amicitiam
 læsisset. Justinus respondit; virum re-
 jicere se non potuisse, qui Gentilium Su-
 perstitiones abjicere cupiens, ad Reli-
 gionem Christianam convertebatur. Eo
 vero Responso Regi Persarum minime
 satisfactum. Iberi Lazorum finitimi &
 Persis subditi jam antea ad Christianorum
 Sacra transierant.

*Procop. I.
Pers. e. 12.*

§. LX.